



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis  
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

XXIII. De muto.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41527**

## C A P V T X X I I I .

*De muto.*

**S**icut quoque clarissimum clarissimis regni primoribus coram adstantibus celebre super muto factum sub oculis omnium, memorie hominum tradere non indignum duximus. Nam rem gestam ita per famulā suam Christus clare operari voluit, quod penè nullum latere potuit. Philippus Rex propter sui confirmationem, interim verò, quod magis fauorem sibi præstare credebat, propter translationem beatæ Virginis, \*indixerat: farr.leg.co-mitia indexe-rat. mutus quidam fernulus in comitatu probabilium virorum de Pogen, conuenerat: quorum vasa, quia & ipsi pœnitentes erant, portabat. Regina ad Ecclesiam processura, cum de more solenniter à Clero suscipitur, confusus interim populorum clamor exoritur, non frustra morituro denique homini, sed Muto singula-soluitur. laudes cum Christo suo iam viuenti conclamatim. Testor Christum & eius Apostolos, iste, qui prius nullam, ut puto mutus, linguam nouerat, singulis ad interrogata, propriâ lingua disertus respondebat.

## C A P V T X X I V .

*De puerò à lupo rapto.*

**S**icut referam de bruto animali, cuius innata sibi rapacitatis ingluies, dum prædam rapuit, quasi nomen CHVNEGVDIS contra se inuocatū sensisset, à suo furore quieuit. Nam Lopus dum circa caulas ouium vespertinus naturę suę ingenio versatur, paruum ante fores incautè relictum, lustris suis intulit. Aliorum autem, qui territi fuerant per lupum, mater pueri clamore excitata, omnes ciues suos, manibus complosis pectora tundēs, multis eiulatibus in dolorem commouit. Omnibus bestiam insequi, quia nox instabat, incassum iudicantibus, mater ad Ecclesiam confugens, signis, velut mortuo, tertio compulsa-

Q 3 tis,